



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXXXII. Perusina erectionis Canonicatus. De fideicommissi
fiduciario, collato scilicet ad fiduciam, ac declarationem hæredis instituti,
vel alterius, ut testitutio fieret ei quem testator sibi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

PERUSINA
ERECTIONIS CANONICATVS

PRO

LUDOVICO FERRETO,
& CONSORTIBUS

CVM

SOCIETATE SACRI ANULI,
& LUDOVICO BENNIO.

Casus decisus per Rotam pro Ferreto.

De fideicommisso fiduciario, collato scilicet ad fiduciam, ac declaracionem hæreditis instituti, vel alterius, ut restitutio fieret ei quem testator sibi communicavit ad materiam text, in l. *Theopompus ff. de dote præleg.* Et quid fiduciario plures diversas declarationes faciente.

SUMMARIUM.

- 1 *F*atti series.
- 2 *R*esolutiones cause.
- 3 *P*erfecta donatio revocari vel alterari non potest.
- 4 *F*acta nominatione, vel electione, an licet variare.
- 5 *Q*uod conclusiones, de quibus num. 3. & 4. non intrent in casu, & quando procedat ea, de qua num. 4.
- 6 *Q*uale sunt proprii termini controposita ex l. *Theopomps ff. de dote prælegat.*
- 7 *A*n fiduciarius, cui testator commisit suam voluntatem declarandam dicatur arbiter, vel testis.
- 8 *D*olus, vel seductio non presumitur, sed per allegantem debet probari concludenter.
- 9 *Q*uod fiduciarius dicatur testis, ideoque ejus declaratio debeat esse cum juramento, alias non attendatur.
- 10 *Vt ista conclusio non ita rigorose procedat.*
- 11 *I*uramentum debet prestari in ea forma, qua praestans per testem, sed rejicitur.
- 12 *A*ttestationes non iurata probam ex adminiculis, & fortius si attestans est mortuus.
- 13 *Q*uid referat dictam declarationem esse juratam necne.
- 14 *D*e motivo, ex quo resolutiones placent.
- 15 *Q*uid requiratur, ut fiduciarii declarationi deferantur.
- 16 *R*ecensentur conjectura, & adminicula reddentia declarationem minus fide dignam.
- 17 *S*i voluntas commissa est dubius inter se discrepans, cui magis deferri debeat, vel neutrī.

Cardin. Luca de Fideicom.

N n 2

DISC.

DISC. CLXXXII.

Guido Jordanus scripta hærede Virginia formula, eam gravavit moriendo restituere hereditatem ei, cui ipsi cretens communicaverat; per ipsam declarando, dictaque declaratione non facta, substitutam esse voluit Cappellam Sacri Anuli in Ecclesia Cathedrali, sub ea lege, ut cum ejus bonis erigi deberet Canoniciatus ad presentationem proximorum pro tempore. Cum autem Virginia per contractum donationis inter vivos declarasset testatoris voluntatem esse, quod de ejus bonis erigere ut cappellania simplex non residentialis ad presentationem Societatis dictæ Capellæ, nominando in primum cappellanum Franciscum; deinde vero, sub assertione, quod ad id à dicto Francisco seducta esset, declarasset, etiam pro exoneracione conscientias, veram testatoris voluntatem fuisse; quod erigeretur Canoniciatus ad presentationem proximorum ad formam testamenti; Hinc proinde sequuta dictæ Virginæ morte, orta defuper lite inter Ferrerum & alios testatoris proximiores, dictaque Societatem, ac Franciscum prodit ab Ordinario sententia ad favorem Societatis, prima declarationis canonizatoria, & introducta per appellationem causa coram A. C. ab isto prodit sententia contraria pro secunda declaratione, introductaque causa in Rota coram Carpinea, & dato dubio, An confaratur de re iudicata, quæ ex hac parte praetendebatur, vel potius de causa restitutionis in integrum sub die 4 Maij 1665 pro re iudicata prodit resolutio confirmata sub die 1. Februarii 1666 neque quod sciam causa ulteriore in progressum habuit.

In hujusmodi autem disputationibus aliqui scribentes pro Societate insisteant in terminis textus in perfecta C. de donat. quæ sub modo, & in l. si donationem C. de revocandis donationi, cum concord. de quibus post plures ad haec juxta stylum ab eis collectos Amat. resol. 26 num. 11. & 12. & Giurba observ. 48. num. 1. & seqq. ex quibus transcribendo, copiosas retex bant allegationes super nimis certo, & plano principio, quod valida, & perfecta donatio revocari, vel alterari non potest, deducendo etiam defuper decisiones editas in causis, de quibus supra disc. 134 cum plur seqq.

Allii vero nimium se diffundebant in ea quæstione, de qua ceteris copiosè relatis Castill. lib. 5. controv. cap 80. pertinet. & Petri super Ritibus M.C. Vicariorum Ritu 4. num. 18. Carenare sol. 133 num. 4. Cyriac. contr. 346. num. 32. An facta temel nominatione vel electione, ista esset revocabilis, pariter ab ipsis collectoribus longas allegationes transcribendo.

Extraneos autem esse istos terminos dicebamus pro proximioribus à casu questionis, ideoque manus esse labores defuper exhibentes, cum prima quæstio percusat casum dispositionis per viam irrevocabilis donationis de bonis propriis, & altera percusat quidem casum dispositionis de alienis, ita tamen, quod disponens, quamvis non habeat liberam voluntatem, seu facultatem ad certum genus, seu certum modum restriictam, adhuc habeat arbitrium, seu facultatem intra ejusdem generis personas præligidendi, atque ita utrum vel plures gratificandi, alios vero excludendi juxta materiam textus cum ibi notatis in l. unum ex familia ff. de legatis secundo cum con-

cordan. de quibus supra disc. 5. & seqq. hac facti specie non cadebat, dum hoc inveniatur, seu fiduciarius nullum habebat arbitrium, nullamque exercere poterat voluntatem, & cultatem, cum substitutio præcisæ restitutæ personam per ipsum testatorem sibi crederet, & munericatam.

Hinc proinde, neglegitis premisis, upotestaneis, atque evagatoriis, adverbatis, ut ac proprios controversias terminos esse, in l. Theopompus ff. de dote prelegat. & in ap. causa testamenti ubi Canonica, & Civilis in ap. l. Theopompus. & in l. quæ hereditif. de hereditate, in quibus terminis artens dispositione directe immediate in ipsa certa & determinata pectori dicitur per ipsum testatorem, gravatum dicitur simplex organum, seu instrumentum, quo mediante dicta voluntas alii non possunt pandi, cadente solm inter scribentes positione, an dictus gravatus, seu fiduciarius, arbitrii, seu compromissarii, vel potius testi pnam gerat, assistente magis communis, & non opinione juxta hanc secundam partem, ut per personam testis, cui licet unico, obeyit testatore probatam, ad perfectam, & condicem probationem deferendum sit, juriu nubiles de quibus proxime infra.

His igitur ita prænotatis, duo erant controversiae puncti, Primò. s. an dicta prima dicta esset validè facta, ac juxta eam formam curia de jure fieri debet necne, huic n. partim præsumt malefactam sufficiebat, quamvis potest ratio ejus favore non prodierit, cum enim hinc pro se dispositionem testamentariam ordinatam, quo dictus gravatus, seu fiduciarius dispositionem non fecisset, ita sufficiebat, quod dicta declaratio tanquam malefacta habenda esset infecta; Et secundo, posito quod dicta causa in forma non adest, adeo ut una, vel alterius ratio attingi debetur, cuinam potius, an pone secundæ deferendum esset.

Quatenus igitur pertinet ad primam quæstiōnem ex duobus deducebatur dicta prima declaratione infectio; Primò sollicitus ex motivo seductionis quodque malis attributis à prefato primo testamento dicta muliercula simplex, ac facilis decipitur ad id inducta esset; Et secundo ob non attributum juramentum, eo modo, quo in hac materia debendum est, ut infra.

Primus defectus totus erat facti, in quo plura ex hac parte deducerentur, atque prescribent more Advocati nimium exigunt, & fluctuando tamen ad veritatem, sola, & de persona ad infringendum actum alias validum, & sententium ex capite seductionis & dolii non sufficiunt ex recepta juris regula deducta exteti, in l. dicta C. de dolo, & l. quæst. 5. quia dolo ff. de prædicto dolus, vel delictum in dubio non præsumunt, sed claris, & conspicuis probationibus iudicantur, ista enim perfecta probatio non obstat, tamen aderat in dicta, & argumento habentia pro secundo puncto, ut infra, interdilecta magis, quam prima declaratione deferenda.

De stricto autem iure solidior videtur, ut defectus non adhibiti juramenti in eis formis in qua per testem præstari debet juxta officinam, & terminos textus in l. iuris, jure, & testibus; Cum enim ex veriori magisque receptione sententia, ut supra insinuatum est, iste iudicatur,

De
la
re
Etat
et
GVI

gravatus aliam non dicatur gerere personam nisi illam testis ad probandam defuncti voluntatem, sibi fiducialiter communicatam, idcirco tanquam testis deponere debet cum juramento, sine quo juxta dispositionem dicti textus in l. iuris iurandi nulla fides adhibetur, ut bene firmat Bartol. in ea dem. I. Theopompus num. 7. ibi, tunc quia dictum illius est quodammodo testimonium voluntatis defuncti magis quam judicium deponens, debet deponere per iuramentum ut res ipsius, idemque explicite firmant ibidem Alberic. & Odofred. Bald. conf. 482. lib. 4. in finalibus verbis, Alex. conf. 54. numer. 2. lib. 2. Altograd conf. 78. numer. 1. lib. Mantic. de conjectur lib. 3. tit. 1. num. 1. Afflitt. decis. 371. num. 6. in fine, & hanc opinionem plures sequuntur est Rota, praeferent apud Martin. Andr. decis. 73. num. 5. & in Romana bonorum 4. Maij 1646. coram Arguelles, cum aliis in hujus causa decisionibus.

Quando istud motivum esset solum, quod scilicet in contrarium non ingerent, tam posterior contraaria declaratio, quam seductionis, vel deceptionis vehementia adminicula, & probabilitas argumenta, tunc illud parum relevasset, ut erat sensus Rota, ac etiam mihi, quamvis illud promoventi, probabilius videbatur, dum dicta declaratio facta erat per publicum instrumentum in forma donationis inter vivos, in quo juxta communem usum aderat juramentum; Licet enim ego dicere illam juramenti speciem praestitam tanquam a principali contrahente pro observanti contractus non sufficere ad istum effectum, ad quem coram Judge, vel Notario praestandum est juramentum in ea forma, in qua praestatur per testem, ut apud

allegatos praesertim apud Martin. Andr. decis. 73. num. 4. Attamen ista videatur leguleica consideratio parum probabilis, & incongrua ratione subiectae materiae, cum hujusmodi declarationes sicut non in forma contentiose, & judiciali, sed voluntaria, & extrajudiciali; Et quod magis (ut erat in praesenti) ea committit soleat morientibus, ideoque imprimum est ut talis forma judicialis praecise requiri debeat; Quinim etiam si juramentum nullatenus prestatum, seu adhibitum esset, adhuc tamen si declaratio adminiculata esset, sufficeret; Si enim etiam in judicialibus habemus, quod attestationibus non juratis deferunt ex adminiculis, ac ex verisimilitudine, potissimum vero ubi sequuta esset testantis mors, quam vim juramenti habere dicitur ex relatis per Adden. ad Gregor. decis. 214. Adden. ad Buratt. decis. 113. Rot. decis. 355. nu. 7 & 8. par. 10. rec. & frequenter; Multo magis in hac facie specie, in qua proinde omissione juramenti illud operari videretur, ut sola declarationi deferendum non esset, nisi alia concurrant adminicula, quae desideranda non videntur, ubi alia suspicio non urget, in casu quo declaratio sit jurata.

Iustitia autem, beneque fundata, reflectendo etiam solam veritatem, vise fuerunt resolutiones ex alio secundo punto, quod scilicet stante secunda declaratione, huic magis, quam prima deferendum esset, quod prior ob plures probabiles suspiciones nullatenus attendi deberet, sed vel potius secunda, vel neutra, quod sufficiebat huic parti habenti pro se claram dispositionem testamentariam ut supra.

Ubi enim testator juxta hos terminos alicui fiduciario suam certam, ac determinatam voluntatem exequendam, vel declarandam commitit, tunc hujusmodi exequio, vel declaratio debet esse conveniens, & adminiculata, ac verisimili te-

statoris voluntati adaptata, ideoque non omne, quod fiduciarius simpliciter dicit attendendum est, sed indagandum quoque venit pro judicis prudenti arbitrio, an id sit verisimile, ac testatoris voluntati adaptatum, ponderando alias facti circumstantias in id influentes, ne alias detur occasio fraudibus, vel facilitas eludendi voluntatem testatoris, qui tanquam mortuus fiduciarii de violata fide redargere se non potest, ut ad litteram probare videtur texus in d. l. quem heredi ff. de hered. instituunt. ubi Bart. Castr. & ceteri Covar. in dicto c. cum tibi de testamen. in fine, Suarez de captatoria post numer. 11. versic. Obstat Castrill. lib. 2. controv. cap. 26 numer. 24. Fortanell. decis. 526. per totam, Carpus de exequitor testament. lib. 2. cap. 5. num. 20. & 21. bene Rota in dicta Romana bonorum 14. Maij 1646. coram Arguelles, cum aliis in hujus causa decisionibus; Adeo ut non desint volentes, neque solam juratam dicti fiduciarii assertione, sufficere, nisi aliund administrata sit, etiam si nihil in contrarium urgeat, quod tamen asperum patrumque probabile viderit in foro non recipiendum, nisi quando declaratio non omnino sincera sit, sed aliquam habeat inverisimilitudinem, vel suspicionem.

Si ergo ubi declaratio est sola, pura, & non contradicta, adhuc verisimilitudinis inditio, & adminicula desiderantur, multo magis, ubi omnia urgent in contrarium, quoniam declaratio est contradicta ab eodem fiduciario magis serio, & cum juramento formiter delato coram judge pro exoneracione conscientie, cum ejusdem declarationis confirmatione ex intervallo facta in articulo mortis in codicillis, quodque ejusdem fiduciarii assertio super seductione, seu deceptione non improbabilia concurrent argumenta; Ac etiam cum his virgebat aliud motivum inverisimilitudinis, ut proxime infra, ideoque, vel ob maiorem verisimilitudinem, secundae declarationi assistentem, ista pravalere deberet, vel quod ita, prima per secundam corrue, neuti deferendum esset, quod ut dictum est huic parti sufficiebat upoate habentem claram dispositionem testamentariam.

Inverisimilitudinis attem plura urgabant probabili arguments; Primum scilicet ex ipsam testamentaria dispositione super Canonicius erectione in casu non facta declarationis, quod satis in proposito attendendum esse advertitur apud Castill. dicto lib. 2. controv. 26. num. 24. Secundo, quia in facto; usitabatur, testatorem hanc voluntatem pluribus amicis consummatis, quod in similibus factisque proximis terminis fiduciariatis, seu fiduciaria institutione ponderatur apud Cavalier. decis. 381. & latius per Rotam decis. 102. par. 10 recent. ubi de hac materia; Tertio ex pluribus conquestibus ejusdem Virginea post facta primam declarationem, de seductionibus, ac falsis presuppositionis Quartio, fortiter ex dilectione, qua probatum fuit testatorem prosequi istos conjunctos, quibus alias debita fuisse intestata successio, ideoque dum testator ex motivo devotionis hoc opus pium dictis conjunctis praeferre voluit, omnino probabile videbatur, quod saltem in hoc iure honorifice eos praeferre voluerit; Et quinto fortissime ex quantitate assis hereditatis, & qualitate operis respectave; Cum enim in Civitate Perusina Canonicius Cathedralis in aliqua existimatione sint, atque saltem frequentius contingentibus, non testideant, nisi penes nobiles, seu alias qualificatas personas, figuram in Civitate facientes, redditus autem assis

hæreditarii essent notabiles, adeo ut iste esset ex magis qualificatis Canonicatis, quod redundaret in honorificentiam memorie testatoris, ejusque coniunctorum, maioremque cultum, ac honorificentiam, tam Ecclesie, quam ipsius Cappellæ; Everso eratio cappellanie non residentialis, & conferibili cuicunque ignobili, vel absenti nullum ex his effectibus patit; Exinde magnum resultat argumentum ei alterum addebatur, quod cum hujus hæreditatis redditibus multæ cappellania etiam residentiales, ac servitrix pro majori Ecclesie & Cappellæ cultu erigi potuerint, ideoque claram diœbam resultare inversimilitudinem recteque intrare, ac adaptari vulgare receptum axiomam, ut sicuti verisimile habet imaginem veritatis, ita inversimile imaginem habeat falsitatis.

Ad hæc autem comprobanda satis conferre ponderabam doctrinam Baroli in l. quem hæredi ff. 27 dñbus dub. num. 2, quam refert & lequitur Cæstrensi, ibidem num. 3, ubi agendo de confimili fiduciaria voluntate duobus communicata, qui inter se discrepant s deciditur, quod neutri deferrendum sit ratione incertitudinis, vel quod attendi debeat illa declaratio, quæ ex affectione testatoris, aliique circumstantiis magis verisimilis pro iudicis prudenti arbitrio videatur; In his autem in substantia residet punitus controversia, Alia enim, quæ hinc inde deducebantur, arque in causa decisionibus insinuantur, potius evagatoria, sed flores, ac ornamenti disputationis dici possunt; Atque ex hoc secundo motivo, justæ, beneque fundatae vise fuerunt dictæ resolutiones, quibus merito dicta societas, ac nominatus illi adhærens acquieverunt.

ANCONITANA SUCCESSIONIS

PRO
FRANCISCO ET ALIIS
CVM
ARTHEMIO ET ALIIS
DE THOMASIIS.

Casus disputatus coram A. C.
ubi adhuc penderet.

De eadem materia fideicommissi fiduciarii juxta terminos text. in l. Theopompus, Quomodo declaratio, seu nominatio per fiduciarium fieri debeat; Et an requiratur voluntas omnino determinata; Et quid ubi fiduciarius declaracionem non fecisset, vel fecisset in una, & non in altera linea, quibusnam fideicommissum debeatur, Et an

intret reciproca ordinata interminatos, Et an non facta nominatione debeatur fideicommissum omnibus, vel soli primogenito linea, Et an numerus singulariter solvi possit in plurem, atque possint nominari, vel cencianuntur minati.

S U M M A R I U M

- 1 Acti series.
- 2 Velleitas, seu voluntas non redditualis nihil operatur.
- 3 Habens facultatem nominandi unum non possumare plures.
- 4 Vocato eo, quem aliquis nominaverit, valde non facta, vel malefacta nominatio tempore genitus, vel major natu eorum, invenienda erat electio, & num. 17.
- 5 Testis singularis bene informatus cum administrabat.
- 6 Recensentur administratio, quæ in causa concurret.
- 7 Quod in hac materia defratur administratio.
- 8 De eadem conclusione, de qua num. 2.
- 9 De invalida dispositione collata in alienatione tamen.
- 10 Quod ista male per antiquos dicatur copia.
- 11 De facultate nominandi, vel eligendam per diversi que questionibus in hac materia sunt remissive.
- 12 De interpretatione voluntatis dubia ab aliis remissive.
- 13 De causa præcisæ controversia ubi voluntas est determinata, sed aliqui secretæ voluntatis, quævis dicatur iste fiduciarius, quod propositum.
- 14 Iuramentum alias in fiduciarii declaracione sufficiens non requiritur, ubi testator expresso.
- 15 Quod in fiduciario publicante voluntate per commissam non requiratur ejus voluntas determinata, de qua num. 2, & 8.
- 16 Si fiduciarius faciat duas diversas declarationes, potius deferrit debeat.
- 17 De declaratione, de qua num. 4.
- 18 De alia declaratione ejusdem conclusione.
- 19 De consideratione, ob quam dispositio in inventarii publicari posse verificari etiam in numeris plures.
- 20 Ad materiam text. in l. hæredes mei, & curia ad Trebell. super resolutione numeri regule in pluralitate.

D I S C . CLXXXIII,

Ionna Landiana habens ex Joanne de Tarris viro jam defuncto duos filios, Thomam licet militem Hieronymum & Hieronimum etiam celibem, ex duobus autem filiis uxor prædefunctis quatuor nepotes, Joannem scilicet, & Ascanium ex Bartholomeo Ambrosum, ac Bartholomaeum ex Fratrico nationem fecit dicto Thomae de quibusdam predictis, sub ea lega, ut mortuus teneatur (ad eum ususfructu ad favorem Hieronymi, quem apercesser) prædia predicta relinquere pro indebet unius ex nepotibus unus filii, quem ipsa oratione bi communicavit, & alteram medietatem parte